

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns  
of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

---

**G E S T A   R E G I S**  
**H E N R I C I   S E C U N D I .**

**VOL. II.**

**A**

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns  
of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## GESTA REGIS HENRICI SECUNDI.

Hoveden,  
361. b. 41,  
shorter.

ANNO M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>., qui est annus tricesimus tertius regni Henrici regis secundi, idem rex Henricus, filius Matildis imperatricis, tenuit sollemne festum die Nativitatis Dominicæ, quæ quinta feria evenit, in Anglia apud Gedefordam.<sup>1</sup>

A.D. 1186.  
Henry II.  
keeps the  
Christmas  
of 1186-7 at  
Guildford.

Cui interfuit Johannes filius ejus, et Johannes Cumin archiepiscopus Divelinensis, Gaufridus Eliensis episcopus, David frater regis Scotiæ comes de Hunte-dona, Robertus comes de Leycestria, Willelmus comes de Arundel, Rogerus Bigot comes. In illo vero festo prædicti comites de Leicestria et de Harundel, et Rogerus Bigot servierunt ad mensam regis de servitio quod ad illos pertinebat in coronationibus et sollemnibus festis regum Angliæ.

The earls of  
Leicester,  
Arundel,  
and Norfolk  
perform  
their cus-  
tomary ser-  
vices.

Ibi autem in crastino Nativitatis Domini pervenit ad aures regis quod duo legati, missi a latere Urbani summi pontificis, applicuerunt in Angliam apud Doveram; quorum unus dicebatur Octavianus,<sup>2</sup> diaconus cardinalis, et alter Hugo de Nunant, clericus et familiaris domini regis, quem ipse ad papam miserat, ut secum unum vel duos cardinales duceret, quibus do-

fo. 120 r<sup>o</sup>.  
Dec. 26.  
The king  
hears of the  
arrival of  
cardinal  
Octavian  
and Hugh  
of Nunant  
as legates.

<sup>1</sup> *Gedefordam*] Geldeford, Hoveden.

<sup>2</sup> Octavian, cardinal deacon of SS.

Sergius and Bacchus, who became bishop of Ostia in 1189.

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1187.  
Jan. 1.  
The legates  
are received  
in proces-  
sion in  
Westmin-  
ster abbey.

Archbishop  
Baldwin  
persuades  
the king to  
conduct the  
legates back  
into Nor-  
mandy.

He is de-  
tained seve-  
ral days at  
Dover.

but crosses  
at last, Feb.  
17, to Wit-  
sand.

minus papa commisisset legationem in Hiberniam, ad coronandum Johannem filium suum in regem Hiberniæ. Quo audito rumore, rex misit obviam eis Johannem Divelinensem archiepiscopum, et Radulfum Herefordensem archidiaconum: et dominus rex venit Lundonias obviam eis; et recepit eos in die Circumcisionis Domini, cum venerabili processione, apud Westmonasterium in ecclesia Sancti Petri. Ipsi vero, auctoritate summi pontificis, cruces ante se portari fecerunt ubicunque ambulabant; et semper incedebant mitrati, et rubeis indumentis induti; et dicebant quod missi erant a latere domini papæ ad audiendas et terminandas causas ecclesiasticas, si quæ referendæ essent ad summum pontificem. Sed Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, et suffraganei sui, considerantes quod de adventu supradictorum legatorum nihil nisi quod in ignominiam et in detrimentum regni evenire posset, si ipsi in regno moram facerent, consuluerunt domino regi quod ipse illos secum duceret in Normanniam, ad pacem et concordiam inter ipsum et Philippum regem Franciæ faciendam; quorum consilii rex adqueivit. Qui cum audisset per internuncios suos quod pax nullatenus reformari posset inter eos, nisi rex transfretasset, statim præmisit Johannem filium suum in Normanniam, et ipse cum prædictis legatis, et cum copiosa militum et servientium multitudine, venit usque Doveram, ubi naves suæ paratæ erant ad transfretandum: et post paucos dies mare intravit. Et cum jam fere transfretasset, et apud Witsant ante portum pervenisset, habuit sibi ventum obvium ita contrarium, quod terram ibi capere non potuit, sed eodem die in crepusculo reversus est ad Doveram. Et facta ibi mora trium dierum, die Martis proxima post Caput Jejunii, scilicet decimo tertio kalendas Martii, iterum mare intravit, et applicuit apud Witsant, ubi habuit sibi obvios Philippum comitem Flandriæ, comitem Teobaldum, et comitem de

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

Gynes,<sup>1</sup> et alios multos de comitibus et baronibus de regno Franciæ, qui eum et suos cum gaudio recipientes, salvum conductum usque in Normanniam fecerunt. Cum vero dominus rex venisset ad Aubemarliam, habuit ibi sibi obvium Walterum archiepiscopum Rotomagensem, et Ricardum ducem Aquitanniæ, et Johannem fratrem ejus et Willelmum de Mandevil comitem de Aubemarle, et multos alios de familiaribus suis, tam de episcopis quam comitibus et baronibus suis. Sed interim magna pars de familia regis, volens transfretare in Normanniam, inter Schorham et Depe, submersa est in mari cum magna parte thesauri Aaronis Judæi Lincolniensis defuncti.

A.D. 1187.  
Feb. 17.  
He proceeds into Normandy, and meets his followers at Aumale.

Great part of his retinue lost at sea.

In crastino vero postquam rex transfretaverat, Gilbertus<sup>2</sup> Lundoniensis obiit.

Gilbert Foliot dies, Feb. 18.

Interim appropinquante festo Annunciationis Domini, Philippus rex Francorum et Henricus rex Angliæ inter se ceperunt colloquium, statuentes diem colloquii in octavis Paschæ, apud Nonencurt ad vadum Sancti Remigii. Quo cum venissent, nec inter eos, cum inde diu tractassent, convenire potuissent, propter intolerabiles exigentias quas rex Franciæ sibi fieri postulavit, sine spe pacis et concordiæ recesserunt.

Towards Lady-day the king of France proposes a conference for April 5, at Gué S. Remy, which proves useless.

Interim per præceptum regis Angliæ facta est apud Doveram turris fortissima.

Strong tower built at Dover.

*De discordia inter regem Franciæ, et Henricum regem Angliæ.*

His ita gestis, et ita se habentibus inter Philippum regem Franciæ et Henricum regem Angliæ, Fredericus Romanorum imperator misit exercitum suum cum rege

During the quarrel between Henry and Philip,

Hoveden,  
361. b. 49.

<sup>1</sup> Gynes] Baldwin II., count of Guisnes, 1169-1206. | <sup>2</sup> Foliot, bishop of London 1163-1187.

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1187. the emperor sends an army into Lombardy. filio<sup>1</sup> suo in Lombardia; in quo prædictus rex Francorum magnam fiduciam ei auxiliandi contra regem Angliæ habebat.

May 17. Henry divides his army into four parts. Adveniente igitur Pentecosten, Henricus rex Angliæ divisit exercitum suum in quatuor partes. Et unam partem tradidit Ricardo filio suo duci Aquitanniæ; alteram Johanni filio suo; tertiam Willelmo de Mandevil comiti de Aubemarle; et quartam partem Gaufrido filio suo et cancellario, quondam Lincolnensis ecclesiæ electo. Et illis thesauros suos distribuit, et assignavit eis provincias et castella sua custodienda et defendenda contra Philippum regem Franciæ.

Philip besieges Richard and John in Châteauroux. Hoveden, 361. b. 52, much shorter. Philippus vero rex Franciæ, magno congregato exercitu, profectus est in Berriam, et obsedit Castellum Radulfi, et comitem Ricardum et Johannem fratrem suum, filios regis Angliæ, intus obsedit. Et cum diu ibi moram fecisset, et castellum capere non potuisset; recessit inde et disposuit acies suas ad bellum campestre. Nam rex Angliæ cum exercitu suo magno et valido illuc advenit ad auxiliandum filiis suis. Sed rex Franciæ, audito ejus adventu, ab obsidione recessit; et, ut supradictum est, paravit se et suos ad bellum campestre. Similiter rex Angliæ et sui præparabant se ad bellum. Et cum dies opportunus advenisset, præfati reges in ipsa vigilia Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, in loco competentis et præelecto, acies suas hinc inde armatas ad pugnam præordinaverunt, et in singulis locis prout expedire viderant statuerunt. Et cum omnia parata essent ad pugnam, auxiliante Dei misericordia, et Urbani summi pontificis mandato coercente, qui in mandatis dederat quod nisi pax inter illos citius fieret, anathemati subjacerent, archiepiscopi etiam et episcopi, abbates, comites et barones utriusque regni, non permittentes illos congredi, dederunt illis in consilio quod

He raises the siege, and prepares for a pitched battle on June 23.

The clergy and nobles intervene,

<sup>1</sup> Henry, afterwards the emperor Henry VI.

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## HENRICI SECUNDI.

7

pax inter illos [esset] vel treugæ longiores. Et ad mandatum summi pontificis et consilium fidelium suorum ceperunt inter se tregas biennium; ita quod rex Franciæ haberet Ysoudun et Ursum de Freteval, usque ad terminum treugarum. Et sic uterque illorum et exercitus sui arma deponentes, ad propria remearunt, laudantes Deum Qui pacem præstitit illis.

Hoveden, 362. a. 3.

A.D. 1187.  
June 23.  
and a truce  
for two  
years is  
made.

Hoveden, 362. a. 6, shorter,

Facta itaque pace, Ricardus dux Aquitanniæ, filius regis Angliæ, moram fecit cum Philippo rege Franciæ, quem ipse in tantum honoravit per longum tempus, quod singulis diebus in una mensa ad unum catinum manducabant, et in noctibus non separabat eos lectus. Et dilexit eum rex Franciæ quasi animam suam; et in tantum se mutuo diligebant, quod propter vehementem dilectionem quæ inter illos erat, dominus rex Angliæ nimio stupore arreptus admirabatur quid hoc esset. Et præcavens sibi in futurum, voluntatem transfretandi in Angliam, quam in animo præconceperat, distulit donec sciret quid tam repentinus amor machinaretur.

Richard visits Philip.

fo. 121 r.

Henry is alarmed at their intimacy.

Eodem anno comes de Neverz,<sup>1</sup> cui rex Angliæ dederat in uxorem illam quæ fuit uxor Odonis de Ysodun cum custodia hæredis, reddidit regi Franciæ Ysodun, et adhæsit ei. Similiter fecit Ursus de Freteval, qui erat homo ligius regis Angliæ; reddidit se regi Franciæ.

The count of Nevers and Ursus of Freteval desert Henry.

*Willelmus rex Scotiæ.*

Interim Willelmus rex Scotiæ, magno congregato exercitu, profectus est Moraviam, ad debellandum quandam

Hoveden, 362. a. 23, very briefly.

William the Lion marches

<sup>1</sup> This is Robert II., count of Dreux, cousin of king Philip, and husband of Maud, countess of Nevers, the widow first of Eudes of Yssoudun, secondly, of Guy of Nevers, thirdly, of Peter of Flanders. Her daughter Agnes, the wife of Peter of Courtenay, was the real countess. See vol. i., p. 124.

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1187.  
into Moray  
against (Do-  
nald) Mac  
William.

He stays at  
Inverness,  
and sends  
his barons  
against Mac  
William.

A detach-  
ment under  
Ronald of  
Galloway  
falls on  
the army of  
MacWilliam  
and kills  
him.

hostem suum qui nominabatur Mach Willam : qui etiam dicebat se regia stirpe genitum, et de jure parentum suorum, ut asserebat, regnum Scotiæ calumniabatur, et multa et incommoda faciebat sæpe Willelmo regi Scotiæ, per consensum et consilium comitum et baronum regni Scotiæ. Considerans itaque præfatus Willelmus rex quod oporteret eum regnum Scotiæ amittere, vel prædictum Mach Willam interficere, vel etiam a finibus regni sui expellere, in Moraviam profectus, constituit super exercitum suum tribunos et centuriones; dixitque ad populum, "Egrediar et ego vobiscum;" et respondit populus, "Non exhibis, melius est enim ut sis nobis in urbe præsidium;" ad quos rex ait, "Quod vobis videtur rectum, hoc faciam." Et remansit rex in castello quod dicitur Ylvernis; et misit comites et barones suos cum Scottis et Galwensibus ad debellandum prædictum hostem suum. Cumque profecti essent, orta est inter principes seditio: quidam enim illorum regem diligebant minime, quidam vero diligebant. Et hi procedere volebant, sed cæteri non permiserunt. Cumque contendissent, placuit eis quod principes exercitus remanerent, et præmitterent exploratores ut cibum caperent. Elegerunt ergo juvenes bellicosos fere tria millia, quos miserunt ad quærendum præfatum regis inimicum. Inter quos familia Rolandi filii Uctredi erat; ad cujus nutum omnium pendeat sententia. Cum vero appropinquassent exercitum præfati Willelmi, insultum fecerunt in illos, et interfecerunt ipsum Willelmum et multos de exercitu suo; et reliquam partem fugere compulerunt, et eorum spolia inter se dividerunt, et caput prædicti Willelmi abscisum detulerunt secum, et præsentaverunt illud regi Scotiæ. Et sic prostrato illo, pax magna facta est in regno Scotiæ. Et propter mala quæ fecerat, neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor de morte ejus factus est. Nec mirum! "Laus namque impiorum brevis est, et gau- Job xx. 5.



Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

## HENRICI SECUNDI.

9

Job xx. 6, 7. “ dium hypocritæ ad instar puncti : si ascenderit  
 “ usque ad cœlum superbia ejus, et caput ejus nubes  
 “ tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.” A.D. 1187.

Hoveden,  
362. a. 25.

Interim uxor Philippi regis Franciæ peperit filium  
 suum primogenitum, tertio nonas Septembris, die Jovis,  
 et vocatum est nomen ejus Lodowicus. Birth of  
 Lewis of  
 fo. 121 v.  
 France,  
 Sept. 3.

Hoveden,  
362. a. 11,  
much  
shorter.

Rex vero Angliæ frequenter misit nuncios suos ad re-  
 vocandum Ricardum filium suum, promisitque consensu-  
 rum omnibus quæ juste peterentur ab eo. His igitur Richard pro-  
 tendit to  
 submit to  
 his father,  
 seizes on the  
 treasure at  
 Chinon, and  
 flies into  
 Poictou.  
 Et simulans se pacifice velle redire ad patrem suum,  
 transitum fecit per Chinonem, ubi thesauri patris sui  
 reconditi fuerant. Et invito Stephano Tirconensi,<sup>1</sup> qui  
 illos custodivit, omnes thesauros patris sui, quos ibi  
 repererat, asportavit, et in Pictaviam profectus, munivit  
 castella sua, et ad patrem suum venire noluit. Tamen Henry per-  
 suades him  
 to submit.  
 rex pater suus ad eum nuncios suos frequenter mittere  
 non cessabat, donec eum adducerent. Et cum ad eum  
 venisset, in omnibus adquevit patri suo; et pœnituit  
 eum se consensisse pravorum consiliis, qui nitentur  
 seminare discordiam inter ipsum et patrem suum. Sed  
 Dei providentia hoc factum fuisse creditur ad patris  
 commodum, ne deciperetur simulata dilectione, nec  
 festinaret eum promovere ad regni fastigia, sicut et  
 alium fecerat, qui eum, ut supra diximus, injustis  
 vexationibus ultra modum inquietavit. Reverso itaque  
 filio ad patrem suum, ambo venerunt Andegavim, ubi  
 filius patri suo obediens homo suus devenit, et in con-  
 spectu multorum fidelitatem ei juravit contra omnes  
 homines, tactis sacrosanctis evangeliis. Juravit etiam  
 quod a consilio suo non recederet. Quo facto, rex in  
 Britanniam profectus est, et castellum quod vocatur  
 Mons Relaxus, quod Hervicus de Leuns ceperat post  
 mortem Gaufridi comitis, obsedit rex et cepit. He does  
 homage to  
 his father  
 at Angers.  
 Henry re-  
 takes Mont-  
 releis.

<sup>1</sup> Stephen of Turnham, afterwards seneschal of Anjou (?).

Cambridge University Press

978-1-108-04876-7 - Gesta Regis Henrici Secundi Benedicti Abbatis The Chronicle of the Reigns of Henry II and Richard I A.D. 1169-1192: Volume 2

Edited by William Stubbs

Excerpt

[More information](#)

A.D. 1187.

*De Saladino et exercitu ejus.*

Saladin invades Palestine.

May 1.  
He defeats the Templars and Hospitallers at Nazareth.

He takes Tiberias, July 3.

Battle of Hittin (July 4); the True Cross and king Guy are taken.

fo. 122<sup>r</sup>o.

Eodem anno Saladinus, cum immensa Turcorum suorum multitudine, ex occasione dissensionis quæ fuit inter regem Jerusalem et comitem de Tripes, venit in terram Jerusalem. Contra quem venerunt fratres Templi et Hospitalares cum copiosa plebis multitudine cum eo pugnaturi. Et facta est congressio inter eos; sed exercitus paganorum prævaluit, et Christiani in fugam conversi. Ex quibus, peccatis nostris exigentibus, multi et multi occisi sunt die illo, scilicet prima die Maii, sexaginta fratres Templi, et summus Magister Hospitalaris<sup>1</sup> domus cum fratribus domus suæ interfecti sunt. Saladinus igitur potitus victoria, castella, civitates et munitiones Christianorum cepit. Christiani vero de prælio illo evadentes Jerosolimam venerunt, et in magno timore ibidem remanserunt.

Saladinus autem regressus in terram suam, magnum congregavit exercitum, et die Veneris proxima post festum apostolorum Petri et Pauli, cum octoginta milibus militum et amplius, terram Jerosolimitanam ingressus est, et Tabariam cepit. Quod cum nunciatum esset Gwidoni de Lezinan regi Jerusalem, assumpsit secum Templarios et Hospitalarios et populum quem habere potuit, et comitem de Tripes, qui paulo ante pacem fecerat cum eo, et processit versus Tabariam per unam dietam ad bellandum. Et facto congressu cum Saladino, Christianorum exercitus devictus, et rex Jerusalem captus est, et Crux Christi, in qua nos redemit, capta est, et fere omnes Christiani interfecti sunt. Pauci quidem de illo miserabili campo evaserunt; unde cives Januenses in hac forma scripserunt Urbano summo pontifici.

Hoveden, 362. a. 27.

Hoveden, 362. a. 35. Abstract of the following letter.

<sup>1</sup> Roger de Moulins.